

avec une pureté, une netteté d'une élégante que sert de modèle à toute l'Espagne pour bien parler et bien écrire en cette langue; outre qu'on y apprend la piété avec l'art de parler, comme le témoigne le Pere Schot Jésuite, Dom Lancelot Benedictin, l'Abbe Ghillini, etc.

III. *Filomena de S. Buenaventura*. Opusculum hoc Seraphici Doctoris, non sine gustu legendum, et stili suavitate et elegantia cedro dignum (quod exstat T. VI. eiusdem *Operum* pag. 424. edit. Moguntinae 1609.) vertit *Granatensis* lingua *Hispana*, sed non integrum, ut fateatur ipse in *Prologo*, candide proferens haec verba: *Yo trasladè no todo, sino un pedazo de este Tratado en prosa, por no saber poner esto en verso Castellano, como elle buviera de ser*: eo scilicet quod Divus *Bonaventura* quibusdam concinentiis pepigerit. Versio nostri *Ludovici* adiecta fuit *Operi Addiciones al Memorial de la Vida Christiana*, *Salmanicae*, 1574. apud *Matthiam Gast*, in 8. et omnibus aliis editionibus, quae deinceps subsequutae sunt, eiusdem *Operis*.

IV. Fertur etiam quamdam *Historiam Ecclesiasticam* ex *Latino* in *Hispanum* Idioma transtulisse, de qua vide infra §. VII. *Opera anecdota*, Num. I.

§. V.

ALIENA SCRIPTA AB SE TYPIS PVBLICATA.

I. *Stimulus Pastorum*, ex gravissimis *Sanctorum Patrum* *sententiis* concinnatus, in quo agitur de vita et *mori-*
bus *Episcoporum*, aliorumque *Praelatorum*. Opus bonae memoriae *Fr. Bartholomaei de Martyribus*. Prodiit primum *Romae* 1564. cura *S. Caroli Borromaei*, a quo acceptum noster *Ludovicus* mox excudi fecit *Olisipone*, *Francisci Correa* 1565. in 16. * cuius editionis titulum cum legisset *Bartholomaeus*, et in eo quidem se *Archiepiscopum Bracarensem* designari, non vero *Hispaniae* primatem comperisset, apud *Granatensem* de hac omissione conquestus est, ceu in *Ecclesiae* suae iniuriam vergente. Hinc novus titulus editus, haecque ratio est, cur in quibusdam eius editionis exemplis ea dignitas absit, in aliis ha-

habeatur restituta. Prodiit tertium *Romae*, curante *Fr. Francisco Cotta a Castilione* 1572. * et postea aliis in locis, ut refert *D. Malachias Dinguimbert*, *Archiepiscopus Theodosiae* in *Praefatione* *Collectionis Operum* laudati *de Martyribus*, *Romae* a se in lucem emissae 1734. II. voll. in fol. mutuans a nostro *Echardo* T. II. ad annum 1590. pag. 297. col. 2. Sed uterque omisit editionem *Valentinam*, *Iacobi Bordazar* 1695. in 4. cuius iam meminimus supra §. I. Num. X.

II. *Compendium Doctrinae Spiritualis ex variis Sanctorum Patrum sententiis magna ex parte collectum a Fr. Bartholomaeo de Martyribus, Archiepiscopo Bracarense*, editum studio ac curis nostri *Ludovici*, qui et *Praefationem* addidit, *Olisipone*, *Antonii Riberii* 1582. in 8. Tum *Matriti*, ex *Typographia Ludovici Sanchez* 1598. in 24. *Parisiis*, *Guillelmi Chaudiere* 1601. 16. * et *Coloniae*, typis *Quentelii* 1622. ad calcem *Tomi* III. *Operum Granatensis*, in fol.

III. *Antonius Vanconcellius* in *Opere Anacephaloseon Auctorum Regum Lusitaniae*, loquens de Rege *Henrico* Cardinali, ac de quibusdam *Meditationibus super Evangelia totius anni*, quas laudatus *Henricus*, cum esset *Archiepiscopus Eborensis*, scripserat, haec habet. *Haec sunt illae Homiliae, quas primum vir egregie pius Ludovicus Granatensis in gratiam tanti Principis Lusitano sermone excudi iussit. Qua de re consule Mugnozium Lib. III. Vitae Granatensis cap. 4. fol. 182. b.*

IV. *Meditações de Christo*, quas *Lusitana* lingua ad usum proprium scripserat *Henricus* Cardinalis, *Ludovicus* noster edi curavit anno 1577. in 8. ut Auctor est *Nicolaus Antonius* Tomo I. *Bibl. Nov.* pag. 430. col. 2. Eisdem *Latinas* a se factas *Lovani* prodire fecit *Antonius Senensis* noster typis *Servatii Sasseni* 1575. in 12. cum hac epigraphe: *Homiliae seu meditationes Henrici Cardinalis deinde Portugalliae Regis et vulgari Lusitano ab Antonio, etc. redditae, quibus V. Fr. Humberti de Romanis, Magistri Ord. Praed. Generalis V. Epistola, sive Tractatus de tribus essentialibus votis Religionis, et aliae conciones duae adiectae sunt. Consule Echardum T. II. ad an. 1585. pag. 272. col. 1. Porro laudatum Henrici opus, quod rursus puriori oratione versum ac una cum Granatensis Praefatione Eborae recusum fuit,*

non esse aliud ab eo, quod sub titulo: *Meditationum super Evangelia totius anni* Num. praecedenti innumus, coniectu proclive est.

V. *Treinta i dos Sermones, en los quales se declaran los Mandamientos de la Lei, Articulos de la Fe, i Sacramentos, con otras cosas provechosas, sacadas de Latin en Romance por el R. P. Fr. Juan de la Cruz, de la Orden de Santo Domingo.* Compluti, 1568. in 8. editioni obstetricavit noster *Granatensis*, nuncupans Serenissimo Infanti Portugalliae Henrico Cardinali et Archiepiscopo Eborensi, epistola bene longa ac iuxta quam gravissima, sed sine anno et loco. Prodiit rursus laudata *Epistola*, aut potius *Praefatio Granatensis* Barcinone, Petri Malo 1574. etiam in 8.

VI. *Carta de Eucherio Obispo de Leon de Francia, Discipulo de San Agustín, a Valeriano su Pariente, Varon illustre, en que le amonesta el desprecio del mundo i deseo de la bienaventuranza.* Opus hoc, quod reperitur T. VI. *Maximae Biblioth. Veterum Patrum* Lugduni 1677. in fol. pag. 857. quodque eleganter aeque ac pie idem *Iohannes a Cruce* transtulit in nostram linguam, *Ludovicus Granatensis* ad suum cui titulus: *Guia de Pecadores adiunxit*, ac typis publicavit.

§. VI.

EPISTOLAE AC FRAGMENTA ALIORVM OPERIBVS
intexta.

I. *Epistola ad Lectorem*, seu potius, *commendatio Quaestionum Fr. Didaci de Astudillo Ord. Praed. super octo Libros Physicorum et duos de Generatione*, quae lucem adspexerunt Pinciae, ex Officina Nicolai Tyerri 1532. in fol. ad collegio D. Gregorii Pinciano, eid. Martiis MDXXXII. anno aetatis suae XXVIII. hicque videtur primus eius in lucem publicam conatus. * in nostra Valentina.

II. *Praefatio in Compendium Doctrinae Spiritualis* Servi Dei Fr. Bartholomaei de Martyribus, eidem operi praefixa, ut §. praecedenti innumus.

III. *Epistola encomiastica* Operis, cui facies: *Suma Caietana, trasladada en lingoage Portugues com annotaçoes de muitas duvidas*

das et casos de consciencia, interprete *Paulo Palacios de Salazar*, editi Conimbricae iam tertium 1566. in 8. Libro ipsi praemissa, cuius rei testem habeo *Nicolaum Antonium* Tomo II. *Bibl. Nov.* pag. 129. col. 2.

IV. *Carta escrita de Lisboa a 18. de Marzo 1584. al Ilustrissimo i Reverendissimo Señor Patriarca de Antioquia i Arzobispo de Valencia D. Juan de Ribera, sobre las cosas de la Madre Sor Maria de la Visitacion, Priora de la Anunciada de Lisboa.* Prius Romae, 1585. dein Valentiae, Viduae Petri de Huete 1587. in Libello, cui titulus: *Verdadera Relacion*, etc. eodem de argumento, in 8. * apud nostros *Valentinos*.

BELGICE. Haec sine dubio est *Epistola illa Hispana de his quae de Religiosa quadam femina spargebantur in vulgus*, quam memorat *Echardus*, quamque citans *Valerium Andream*, ait versam fuisse *Belgice*, et Antuerpiae publicatam, typis Mureti.

V. *Carta a un Religioso de la Compañia, fecha en Lisboa a 31. de Marzo 1556. In eius Vita a Ludovico Mugnozio scripta*, Lib. III. cap. 4. fol. 187. edit. *Matritensis* 1639.

VI. *Carta a la Duquesa de Alva Doña Maria Enriquez, de Lisboa a 15. de Diciembre de 1582. consolandola en la muerte del Duque Don Fernando de Toledo, su Marido.* Exhibet integram, etsi bene longam, laudatus *Mugnozius* Lib. III. cap. 11. a fol. 216. b. ad 219. b. Plura sunt in ea scitu digna de pietate ac moribus illius magna Ducis. Exstat etiam *Epistola* haec recusa in *Collectione operum nostri Ludovici Matritensi* anni 1756. et 1757. Tomo XVI. pag. 404.

VII. *Carta al P. Pedro de Ribadeneira, escrita de Lisboa a 13. de Agosto de 1588. en alabanza de su Historia Ecclesiastica del Cisma de Inglaterra.* Reperitur in II. parte *Operum Ribadeneira*, Matriti, Ludovici Sanchez 1604. in fol. statim a principio. Sed deest in editione eiusdem *Historiae Matritensi*, ex *Typographia Regia* 1674. in 4. sicut et in *Barcinonensi*, Hieronymi Genovès et Iacobi Cendrat 1588. etiam in 8.

VIII. *Carta al Maestro Alonso de Villegas, de Lisboa a 29. de Octubre 1588. cuius fragmentum exstat in Prologo ad Lectorem Operis eiusdem Villegas, cui titulus: Fructus Sanctorum, i quinta parte del Flos Sanctorum, que es Libro de Egemplos, etc.*